



XENIUM 3

A multis Saculis raro exemplo inauditum,

SEU

MIRANDA

SYNOPSIS,

OMNIUM HUMANI GENERIS SYM-
ptomatum, potentiarum & facultatum
itemque membrorum, colli, Brachiorum, ma-
num, articularum, nervorum, vena-
rum, sensuum, ossium,

ACAPITE MORALI

ET PHYSICO

Usque ad plantam pedis ad adver-
sam declinantium Sanitatem.

Ac de Societatibus conspirantium

Vegetativæ, sensitivæ, generativæ, dige-
stivæ, egestivæ & retentivæ totius
Imperij humani.

ADIVNCTIS EXTRAORDINARIIS

*Hypocratis Cepitulationibus & Iurejura-
rando cum Dijs.*

Ad 20. §. redacta per

V. H. Z. BELLO-POLITICUM.

FRANCOFVRTI,

Sumptibus GEORGII FICKVVIRT.

ANNO M. DC. LXX.

c. j.

f. b.

um

so-

tu

a-

ti-

ti-



XENIUM

MIRANDA

SYNOPSIS

OMNIA IN HUMANIS GEREUNT
PROBATA, DOCTRINA & FACILITAS
MAGIS PROBATA, HINC VERTITUR
AD ALIUM, AD ALIUM, AD ALIUM
AD ALIUM, AD ALIUM, AD ALIUM

ACAPITTE MORALI

LIBER PRIMUS DE VITIIS

LIBER SECUNDUS DE VITIIS

LIBER TERTIUS DE VITIIS

LIBER QUARTUS DE VITIIS

LIBER QUINTUS DE VITIIS

LIBER SEXTUS DE VITIIS

LIBER SEPTIMUS DE VITIIS

LIBER OCTAVUS DE VITIIS

LIBER NONUS DE VITIIS

LIBER DECIMUS DE VITIIS

g
p
p
p
r
D
h
t
E
p
i
d
h
h





DEDICATORIA

Excellentissimo ac Illustrissimo

Viro

D.D.KENELMO

Equiti de Digby, Magno Cancellario Reginae Anglorum, &c.

Obstupescet Orbis etiam Equestres, ac militares Viros, inter Tubarum clangores speculari divinæ arcana Philosophiæ, tractareque Remedia Medica, sed quid aliud est Vita hominis, nisi Militia super terram? & Symptomata, Custodiarum agmina, bellorumque Tormenta, Duces, cohortes, milites plebæi, nonne sunt defectiones, corporum tormina, potentia, Spiritus, temperamenta, humores? Et pulvis Tuus, Vir Excellentissime, Sympathicus ad Archiatros Europæos, semel in lucem etonans, nunquid adeò stupendum cunctis intulit lumen, ut vel ipsimet sibi invideant, se tot annorum curriculo, sine panaceâ Hypocratis, nihil aut parùm hætenus studuisse.

A 2 Debe-

Debeatur itaq; Illustrissime D. Cancellarie, merito ac virtuti Tuæ Strena hæc cum Pastoribus Bethlemiticis, quos humiles prima decuit cognitio Verbi absconditi: Ac si quid rarius ex nucleo Philosophorum uique huc concluso, & confuso, separatoque Saturno ad Tincturam Universalem convenienti, proximam aspiciet lucem, Tuo semper dicabitur Nomini, Tantarum Auctori rerum; fientque enucleatiora omnia, quæ promittit, si Tuâ digneris, nucleum quâ poma aurea manu, maturescencia solo Tactu. **Vive a Clientem ut soles fove.**

*Ipsa Kenelme quo cupis affici
Præbet Vndis Candida Hydaspide
Cohors sororum excita, nobis
Meonius tribuetq; Cygnus. V.H.Z.*



§. I.

*Quantum Malum sit inobedientia! &
qua medicina melior.*

Postquam omnium rerum, quæ sub naturæ lege imperioque continentur, Princeps homo concessam sibi potestatem ac Superioritatem, ex instinctu & obsequio Sathanae, per peccatum inobedientiæ amiserat, factum est, ut cui omnia subjecta erant, is omnibus subjiceretur, variarumque injuriarum excursionibus obnoxius fieret, nihilque ipsi, nisi scintillula saltem divinitatis in mente humanâ, corpori autem tanquam ergastulo inclusa relinqueretur, ita quidem ut nulla ejus pars superfit, quæ non fragilitatis, iræ & impatientiæ aliisque innumeris morbis laceffitam demonstret, quos quidem morbos cum evitare ob multiplices corporis mutationes, impossibile sit, factum est, ut si non omnium, saltem plurimorum morborum, Chymico-Spagyrica, & ex Planetis Metallicis aptior medicina indagaretur, quâ in constantiæ sanitatis nostræ pro posse mederetur, consulereturque, virtutes enim herbarum ac radicum, antequam noveris, quanto caloris aut frigoris gradu valeant, annos & ætatem frustra consumes.

A 3

§. 2. Basis

Basis remediorum.

Est itaq; Medicina ars effectiva experimento & iudicio sanitatem in corpore humano conservans & morbum omnem sanabilem removens, tractans de salubribus & insalubribus.

Dividitur in tres partes, nimirum in res naturales, præternaturales & non naturales.

Res naturales sunt septem :

1. Elementa.
2. Temperamenta.
3. Humores.
4. Partes.
5. Spiritus.
6. Facultates.
7. Actiones.

Præternaturales sunt tres :

1. Morbus.
2. Causa.
3. Symptoma.

Non-naturales sunt sex :

1. Aër.
2. Cibus, & potus.
3. Motus & quies.
4. Somnus, & vigiliae.
5. Excreta & retenta.
6. Animi patimenta.

Medicinæ rursus quinque species inveniuntur.

1. Physiologia, quæ tractat subjectum corporis humani & finem Medicinæ.
2. Pathologia, quæ tractat differentias & causas

Sanitas morborum ac Symptomatum natura-
rum.

3. Semiotica signa, (quibus an homo sanus
vel æger sit) morbiq; cum suis causis co-
gnoscuntur.

4. *ὕγινη* docet sanitatem præsentem conservare
& ægritudinem futuram præcavere.

5. Therapeutica docet restituere sanitatem amis-
sam ac depellere causas morborum ac
Symptomata.

Fontes autem omnis curationis petuntur vel
ex diæta vel Chyrurgia vel Pharmacia.

§. 3.

Vnde gignantur Temperamenta & humores.

Homo constat primo ex elementis.
Elementa constituunt temperamenta, ex
temperamentis gignantur humores, humores
generant partes, partibus insunt facultates, fa-
cultates utuntur spiritibus, Spiritus sunt instru-
menta actionum.

Et hæ septem res dicuntur naturales, eo quod
humanæ naturæ insunt, velut ejus principia vel
partes vel accidentia.

§. 4.

Quid sit sanitas in homine, & eius partibus.

Sanitas est actionum humanarum, quæ secun-
dum naturam sunt, exercendi potentia à par-
tium omnium naturali constitutione depen-
dens..

Quatuor sunt nobiliores partes corporis hu-
mani.

A 4

mani

mani ex quorum temperamentis totius corporis dispositio indigitatur: Cor, cerebrum, hepar & testes. *Tres* faciunt ad conservationem individui sive hominis, ut sunt cor, cerebrum, & hepar, *una* ad productionem ac generationem speciei seu novæ substantiæ, ut sunt testes.

Cor ergo habet facultatem vitalem: Cerebrum animale, hepar naturale, testes generativam.

Hodiè infantia se extendit usque ad annum vigesimum, Juventus usque ad trigesimum, ætas virilis usque ad quingagesimum, senex in posterioribus annis vocatur.

Infantes & pueri sunt calidi & humidi, quia principiis generationis adhuc sunt propinqui.

Etsi autem pueri calidiores sint, ratione actualis & realis caloris, Adolescentes tamen & Juvenes calidiores pueris habentur, ratione caloris effectualis, siquidem humiditas, quam pueritia adjunctam habet, in juventute exsiccata est, & hinc calor acrior, ætas virilis est calida & sicca.

Homines vivunt ex calido & humido, moriuntur autem *ex frigido & sicco*.

Cor est caloris nativi & vitalis spiritus fons & officina.

§. 5.

De Calido Innato.

A Nima vivens tripliciter consideratur primo: ut vegetans & naturalis quam obtinent herbæ ac plantæ, & consistit in nutritione.

Altera

Altera vocatur animalis, eo quod omnibus animalibus inest, & consistit in Sensu ac motu.

Tertia est rationalis, quam solus homo obtinet, hinc cum dictæ tres facultates animæ in homine reperiantur, meritò nobilissima creatura censetur.

Calidum nativum vinculum est animæ cum corpore & immediatum organum, quo vitæ actiones celebrantur.

Calidum innatum non est simpliciter elementare, quia nobiliores reddit actiones, quam elementa, neq; simpliciter est cœleste, alias permaneret & non per ætates imminueretur.

Calidum innatum neq; animæ neq; functionum princeps causa est, sed tantum præcipuum in agendo instrumentum, simile astrorum naturæ.

Scaliger inquit: Scriptum reliquere sapientes spiritum insitum nihil aliud esse quam humidum primogenium, insito calore perfusum.

§. 6.

De Spiritibus.

Spiritus influens est corpus subtilissimum, tenuissimum, calidum & mobile, generatum ex tenuissimâ & maximè sincerâ sanguinis portione. Galenus vocat generationem spiritus aërationem sanguinis, ubi per continuos motus cordis ac cerebri sanguis ita tenuatur, ut in aërem

A 5

quasi

quasi & spiritum evadat : Hinc nobiliores ubi
generant nobiliores Spiritus.

Cum enim anima & corpus toto genere diffe-
rant, siquidem illa immortalis & incorporea,
hoc mortale & corporeum, necessum fuit, ut hæc
duo diversa aliquo medio connecterentur, quod
ex utroq; participet & utrumq; uniat, quod aptè
facit spiritus.

Generatur autem spiritus in sinistro cordis
ventriculo, quia dexter sanguine abundat.

Spiritus naturalis est calidior & tenuis sangui-
nis portio, sive ipsius sanguinis exhalatio.

§. 7.

*De Partibus Organicis & Sanguine
quadruplici.*

Qualitates primæ sunt quatuor qualitates E-
lementorum, ut est calor, frigus, siccitas &
humiditas. Qualitates secundæ sunt, quæ ex
mixtione Substantiarum & Elementorum resul-
tant; ut durities, mollities, asperitas, levitas,
crassities, tenuitas, fragabilitas.

Sanguis apud Medicos dupliciter considera-
tur, vel in genere & vocatur massa sanguinea, vel
in specie, ubi sanguinis pars temperantior so-
lummodo intelligitur.

Sanguis autem in genere constat quatuor di-
stinctis humoribus, unus est temperatus, calidus
& hu-

Humidus & dicitur sanguis in specie. Alter frigidus & humidus & vocatur pituitosus.

Tertius calidus & siccus, qui biliosus.

Quartus frigidus & siccus, qui melancholicus vocatur.

§ 8.

*De Generatione & Semine
duplici.*

Homo vivens triplicia vasa in se continet pro sui conservatione: venas, quibus nutritur, Arterias quibus vivit & nervos quibus movetur & sentit.

Semen foemininum quantitate superat masculinum & est in quantitate multum, in qualitate paucum, masculinum quantitate paucum est, sed causae efficientis rationem habet.

§ 9.

De anima & foetu.

Anima est forma corporis, vivificans ejus partes, cujus beneficio omnes actiones corporis peraguntur.

Conceptio fit in momento, cum motus alius non fiat nisi successive.

In generatione nulla pars citius vel tardius al-

A 6

terã

terâ formatur, sed omnia membra simul generantur, hac sola distinctione, quod ea quæ majora sunt, visui citius exornantur quam minora.

Masculus diebus trigesimis, fœmina quadragessimis efformatur, quod intelligendum est de imperfecta formatione. Perfecta enim formatio masculo non antè tertium mensem, fœminæ verò non ante quartum contingit.

Calcitratio est motus infantis & accidit die primo infusæ animæ.

Partus naturalis contingit circa noni mensis finem & decimi initium.

Septimo mense, quia partium omnium perfectio est absoluta, circa finem, fœtus vitalis est, qui autem septimo & octavo mense in lucem eduntur, propter summam debilitatem sæpius moriuntur, vel in exitu suffocantur, dum aerem externum & novam alimenti rationem ferre nequeunt.

Gravidæ octavo mense plurimum patiuntur.

§. 10.

De Sensibus internis & externis.

Sensus sunt duplices, externi & interni: omnibus autem commune est, ut non ipsas res, sed solum

solum rerum simulacra atq; imagines seu species
sensibiles recipiant.

Sensus externi sunt quinque:

Visus.

Auditus.

Odoratus.

Gustus.

Tactus.

§. II.

De Visu, & partibus oculorum.

SEx sunt partes Oculi: Prima est cornea, tuni-
ca, perspicua, ut speciebus visibilibus, tran-
situs pateat.

1. Est caloris expers, ut puræ imagines in ocu-
lum intrent.

3. Rotunda est, ut quæ majora sunt oculis vi-
dere possit.

4. Est aëre densior ut imagines ex medio te-
nuiore prægressæ in crassius pertingentes
refringantur.

5. Lata, ut plurima uno intuitu etsi non omnia
distinctè videre possimus.

§. 12. De

De Auditu, & Sono.

IN auribus hominis quatuor sunt notanda.

1. Auris externa eo fine condita, ut sonus ad hanc partem prominentem allideret.
2. An fractuosa & cavernosa, ut ubi sonus quasi colligatur, hinc quib. aures abscissæ sunt, non exactè audiunt, sed instar fluctuantis aquæ sonos percipiunt.
3. Meatus auditorius osseus est & oblongus, tenuis, sed durâ cute investitus ut sonus acuat.
4. Myringa est membranula seu interstitium inter aërem externum & internum tenuissima, ut sonum transmitteret, siccissima ut rectissimè sonum perciperet, sicca enim maximè resonare solent, ut rectissimè distingueret aërem externum ab interno.

De Odoratu & ejus subjecto.

PRimarium instrumentum sunt processus mamillares & nasus, nuda enim odoris species à re odoratâ planè spiritaliter ad organum olfactus defertur, sicut imago à re visibili emissâ.

De Gustu & ejus objecto.

A quibusdam eam tactu confunditur gustus,
 At nulla species tactus est, sed reverâ par-
 ticularis sensus est. objecto etenim & organo dif-
 ferunt: *Tactus* enim *Objecta* sunt qualitates tan-
 gibiles, *Gustus* verò objecta sunt sapor, sapor
 autem solum in lingua, tactus verò in toto cor-
 pore residet.

De Tactu, & ejus Organo.

Non sunt tot tactus, quod objecta, sed una
 solum est tangendi potentia, quæ omnes
 differentias & contrarietates tangibilium ap-
 prehendit. *Organum Tactus* est membrana,
 nervi non sunt propriè instrumentum Tactus,
Cutis est præcipuum instrumentum, membrana
 autem est adæquatum.

*De Sensibus Internis & Phan-
 tasiâ.*

Differentia est inter sensus externos & inter-
 nos,

nos, quod in internis sensibus nihil sit, quod non
externis fuerit cognitum.

Externi enim ab objecto immediatè afficiun-
tur, Interni verò per sensus externos moventur.
Sensus officium est, ut externa objecta perci-
piat, differentias illorum cognoscat, privatio-
nem & absentiam dijudicet, moveat Phantasiam
& species sensibiles vi offerat.

Phantasia primò ab objecto externo moveri
debet, nihil enim possumus nobis imaginari,
quod non prius sensu externo abundè perce-
pimus.

Memoria est rei antea cognitæ iterata appre-
hensio.

Reminiscentia verò est, ex unius vel plurium
rerum in Memoriam observatarum in alterius
quæ non promptè occurrit recordationem re-
gredi.

§. 17.

De Intellectu & Voluntate.

Anima rationalis habet sub se duas potētias
Intellectum scilicet & Voluntatem: prima
rem cognoscit & secunda rem cognitam appetit,
aut ex irascibili averfatur.

Intellectus humanus sine Organorum præce-
denti operatione non agit aut intelligit; Ant
opera

operationem utitur instrumentis, sed inter ope-
randum minimè.

Intellectus non utitur instrumentis corpo-
reis, opus quidem habet phantasmate, non verò
ut Organo, sed ut objecto quo materia intelli-
bilis menti per sensus suppeditatur, & anima
quamdiu est in corpore, non agit sine phanta-
smate.

Voluntatem seu Appetitum irascibilem aut
concupiscibilem in animalibus Brutis mox se-
quitur motus, in homine verò antequam fiat
motus, intercedit ratiocinatio, & pugna inter
appetitum sensitivum, & rationalem: Unde ho-
mines dicuntur Bestiæ, si sine ratione agunt.

§. 18.

*De Anatomia hominis, seu cadaveris
exsiccati.*

Dividitur in caput, cervicem, truncum &
membra.

Caput constat octo ossibus, sex propriis, &
duobus communibus. Os unum frontis, duo
sincipitis, unum occipitis.

Duo Squamosa, lapidosa, petrosa, quæ ul-
tima sub se habent duos processus mamillares &
duos labyrinthos.

Ossa

Ossa faciei in utraque parte sunt duodecim, sex
in qualibet.

Cervix constat binis vertebris, 1. dicitur
Atlas quod ipsi infideat caput. 2. vocatur dens
à dente evidenti.

Sub finem capitis & colli cavitas est in os-
se, quæ excipit humerum seu brachium.

In quolibet brachio duo subsequuntur Ossa, su-
perius dicitur radius, inferius conchus, seu cubi-
tus, aut Ulna.

Extrema manus, dividitur in carpum, me-
ta-carpum & digitos: carpus octo habet
Ossa, meta-carpus verò 4. Digiti quindecim
Ossa, & hæc membra superiora dicuntur appre-
hensoria.

Sequuntur nunc progressoria & primum
est os femoris, hinc nota epiphysin & muscu-
lum, qui rotator dicitur, hi rursus in infe-
riore parte duo sunt:

Epiphysis interior & exterior.

Sequitur os tibiæ, sphocile majus, canno mi-
nor, quæ constituit malliolum externum, canna
verò major internum.

Sequitur Pedium, quod habet septem
Ossa,

1. Dicitur talus, seu Astra-
lagus.

2. Di-

2. Dicitur naviculare.

3. Tarsus seu calx.

4. Cubiforme.

Reliqua tria innominata. Metatarsus seu
metapedium quinque Ossibus, & Si-
gith, 14, Ossibus constat.

§. 19.

*Medicamentorum qualitates & ef-
fectus, & quod à siccis ac
frigidis caven-
dum.*

Calor.

moderatus attenuat, ra-
refacit, meatus rese-
rat, digerit.

immoderatus inflam-
mat, adurit, mordi-
cat, consumit.

Frigidi-

Frigiditas. { moderata refrigerat, con-
densat, obstruit
immoderata congelat, stupe-
facit, tabefacit.

Humiditas { moderata humectat, lubri-
cat, mitificat, glutinat.
immoderata obstruit & tu-
morem flamosum atcollit.

Siccitas { moderata desiccant, rarefa-
cit & attenuat.
immoderata constringit, cō-
trahit, figuras inducit.

§. 70.

*Hippocratis Iusjurandum & Ca-
pitulationes.*

A Pollinem Medicum & Æsculapium Hy-
giamq; & Panaceam juro, Deos Deasq; o-
mnes testes citans, me pro viribus & iudicio meo.
hoc

hoc iusjurandum ad hanc stipulationem planè præstiturum.

1. Illum nempe parentum meorum loco habiturum spondeo, qui me Artem istam docuit, eique alimenta impertiturum & quibuscunque opus habuerit suppeditaturum.

2. Ab eo prognatos pro germanis fratribus reputaturum, Artem hanc medicam si addiscere desideraverint, absq; mercede & cautione edoctrum.

3. Præceptionum, narrationum, cunctaq; reliquæ disciplinæ, cum meos & præceptoris mei liberos, tum cæteros discipulos, qui scripto caverint, & in legem medicam juraverint, participes facturum, alias verò neminem.

4. Victus etiam rationem pro virili & ingenio meo, agris salutarem præscripturum, à perniciosâ verò & improbâ eosdem prohibiturum.

5. Nullius prætereà precibus adductus moriferum medicamentum cuique propinabo, neq; hujus rei consilium dabo.

6. Pariter neque prægnanti mulieri pessum subjiciam: foetus corrumpendi gratiâ, sed castè & sanctè colam & vitam, & artem meam.

7. Imò ne quidem calculo laborantes incidam, verum hoc muneris, peritis ejus artis Magistris permittam.

8. In quascunque porrò ædes pedem intulerò ad ægrotantium salutem ingrediar, alienus ab omni injuriâ voluntariâ & corruptelâ tum aliâ,
tum

tam præsertim rebus veneris in mulieribus æq;,
ac virilibus, liberorum ac servorum corporibus
tractandis.

9. Quæcunque verò in vitâ hominum, sive
medicinam factitans, sive non, vel videro vel
audivero, quæ in vulgus efferre non decet, care-
tinebo, non secus ac arcana fidei meæ commissa.


10. Quod si igitur hoc iusjurandum fide-
ter servem neque violem, contingat, ut prospero
successu tam in vitâ quam in arte meâ fruam, &
gloriam immortalem ubivis gentium cõsequar;
si autem id transgrediar & perjurem, contraria
hisce, mihi eveniant.

FINIS est Sanitas.




q;
bus

ive
vel
re-
ta.
li-
ro
&
r;
ia



4



3
~~Fa 17 12~~
U 13 3 6


ULB Halle
007 392 575


3



Sb.

VDTA





Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

XENIUM 3
multis Saculis raro exemplo inauditum,
 SEU
 MIRANDA
 SYNOPSIS,
 NITUM HUMANI GENERIS SYM-
 atum, potentiarum & facultatum
 ue membrorum, colli, Brachiorum, ma-
 uum, articularum, nervorum, vena-
 rum, sensuum, ossium,
 CAPITE MORALI
 ET PHYSICO
 e ad plantam pedis ad adver-
 sam declinantium Sanitarem.
de Societatibus conspirantium
 ativæ, sensitivæ, generativæ, dige-
 stivæ, egestivæ & retentivæ totius
 Imperij humani.
 VNCTIS EXTRAORDINARIIS
*Hypocratis Cepitulationibus & Iureju-
 rando cum Dijs.*
 Ad 20. §. redacta per
 H. Z. BELLO-POLITICUM.
 FRANCOFVRTI,
 tibus GEORGII SICKVVRT.
 ANNO M. DC. LII.